



**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Unversus**

Carleton, Thomas Compton

Antverpiæ, M.DC.XCVII.

Disputatio XXXI. De determinatione ad individuationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)

Quid sit
causam se-
cundam
operari in
virtute
Prime.

primum movens, dando scilicet esse causis secundis, & eadem conservando, atque ad agendum applicando, & hoc sensu movet non motus. Quando etiam subinde dicitur causa secunda agere in virtute

primæ, & tanquam instrumentum illius, sensus solidum est, agere per virtutem acceptam à causâ primâ: quo sensu etiam vocatur instrumentum Dei, à quo scilicet habet, quidquid habet.

DISPUTATIO XXXI.

De determinatione ad individuationem.

SECTIO PRIMA.

An, & quomodo causa prima determinet secundas ad individuationem effectus.

I.
Aperitur
status
questionis.

II.
Prima sen-
tentia dis-
res deter-
minari se-
ipia.

Explicatur
exemplo
partium
determinationis.

III.
Impugnatur
ex simili-
tudine
effectuum.

IV.
P. Vasq.
indiv.
respondit in
circumstan-
tias loci &
temporis.

V.
Rejicitur
hæc senten-
tia.

VI.
Quædam
se ad indi-
viduationem.

Questio est, dum in his determinatæ circumstantiis, loci, temporis, &c. ignis A applicatur tali passio, cur ex pluribus, imò infinitis individuis numero tantum distinctis, hic numero ignis prodeat potius quam alius. Hac in re Philosophi, more suo, in varias abiit sententias.

Nonnullis placet, inter effectus ipsos certum esse ordinem prioris & posterioris, ita ut unus effectus naturâ suâ petat antecire alterum, & ut nullus alius prodeat, donec hic fuerit productus. Unde, inquit, ignis A (idem est de alijs omnibus effectibus) produci naturaliter petit ante ignem B, B ante C, &c. sic in infinitum. Quare, sicut in partibus temporis est essentialis ordo prioris & posterioris, ita ut pars A essentialiter petat produci ante partem B, & sic deinceps, qui ordo nec divini inveni potest, ita, inquit, inter effectus omnes numero distinctos est ordo connaturalis, & series successus, sicut unus alium, quam Deus ut auctor naturæ mutare non potest, licet possit miraculose.

Sed contra, hoc enim videtur gratis dictum: cum enim effectus sint planè similes, perinde & ipsis & universo est quis primò producat, seu quis antecedit, quis sequatur. Hanc sententiam impugno latius: postea, maxime in tertia probatione secundæ conclusionis.

P. Vasq. To. 1. in 3. p. d. 74. c. 8. ait causam cur producat, hic potius numero effectus quam alius, retinendam esse in circumstantiis, in quibus hic & nunc producit, ita ut effectus dicat peculiaritatem quandam ordinem ad has circumstantias potius quam ad alias, nec sit indifferens ut in alijs producat.

P. Suar. d. 5. Met. 3. n. 34. & 6. n. 9. & deinceps, ait hanc sententiam multis viris doctis visam esse creditu difficilem: quis enim sibi persuadeat individuationem effectuum, seu causam cur hic potius numero homo quam alius, hic equus, hic ignis potius quam alius hic & nunc producat, reduci ad solam circumstantiam temporis aut loci, nec potuisse individuum, quod producit hoc instante, produci naturaliter in alio, & si causa tantillum loco moveatur, aut uno momento serius applicetur, debere necessariò producere diversum effectum?

Prima conclusio: causa aliqua possunt seipsas ad aliquorum effectuum individuationem determinare. Probatur, Angeli & animæ separatæ vident actus suos possibiles: unde ex pluribus actibus individuis numero tantum distinctis, tum intellectus tum voluntatis, possunt pro libitu hunc vel illum eligere. Sicut ex pluribus rosis omnino similibus, nos quam volumus, eligimus: & sic in alijs quibus-

cunque huiusmodi rebus.

Secunda conclusio: individuationis effectuum re-fundi debet in causam primam. Ita Suar. citatus, Tol. 3. de anima q. 18. Conimb. 1. 2. Phy. 7. q. 15. a. 2. & 2. de Gener. c. 11. Hur. d. 10. Phy. 4. Quidam. Phy. 2. n. 2. Fons. Met. c. 2. q. 9. 1. 10. Rub. tra. 4. q. 9. n. 3. & alij sequuntur Greg. in 1. d. 17. a. 2. & 7. & d. 25. q. 1. 2. 1.

Probatur primò, quæ enim ratio assignari potest cur non sint plures numero effectus possibiles ab hac causâ hic & nunc, in his circumstantiis loci, temporis &c. vel ex quo capite sufficienter probatur effectum aliquem, ignem ex. g. dicere tam peculiaritatem respectum ad tale tempus & locum, ut in proximo produci non potuisset, ita ut Christus Dominus non potuisset produci idem numero, si alio loco vel tempore, aut uno instante serius fuisset productus? Conf. nam alioquin si Deus uno instante serius mundum hunc produxisset, non potuisset hunc numero connaturaliter creare, sed alium, quod tamen valde videtur mirum.

Secundò probatur, nam saltem de Angelis dici hoc non potest, unde enim connexionem quomodocumque habent Angeli cum loco & tempore, ut non possint naturaliter creari nisi certo loco & tempore, & ut hi poterant produci tali tempore, hi alio? Conf. saltem de gratia & alijs effectibus supernaturalibus, loco & ut visione beatifica, actu charitatis, lumine gloriæ, & similibus, durum videtur hoc concedere.

Tertiò probatur, Angelus enim videat effectum aliquem possibilem ignem vig. lapidem, actum intellectus aut voluntatis, &c. videbit quo tempore & loco petunt produci, ita ut hi actus intellectus & voluntatis sint proprii Europæ, hi Asiæ &c. si transierant, quo tempore & loco fuerunt primò producti. Conf. hinc sequitur Petrum qui de facto producus est ante Paulum, petere ex naturâ suâ produci ante illum, Cam ante Abelem, Joseph ante Benjamin &c. imò homines esse naturâ suâ primogenitos & majores vel minores natu alijs, cum eo determinato tempore petant produci, quo de facto sunt producti: sicque Christus ex naturâ suâ perit nati post Simeonem senem aut Herodem, & post pastores qui ipsum noctu Nativitatis inviscabant, quod mirum dictum videtur. Deinde Angelus videns tres homines, qui tribus diversis instantibus sibi immediate succedentibus sunt nati, sciet quis sit natu maximus.

Quartò probatur conclusio contra eos qui recur-runt ad dispositiones pro individuatione effectuum, & dicunt rationem cur hic numero effectus producat potius quam alius, provenire ex eo quod hæ numero ponantur dispositiones non aliæ. Sed contra primò, esto enim hoc aliquid fortè verosimilicudinis habeat in formis substantialibus, ad quas certè requiruntur dispositiones, de quo postea, ipsæ saltem dispositiones unde habent quod hæ potius producantur, quam aliæ, certè vel procedunt in infinitum, vel dicendum ab aliquo alio quâ a dispositionibus fieri determinationem ad individuationem.

Contra

VII.
Deus ad
individ.
determinat.

VIII.
Ratio pri-
ma, quia
nulla alia
causa suffi-
cientis.

IX.
Angeh. &
res spirit-
uales non
pendent à
tempore.
Multo mi-
nus res su-
pernatu-
rales.

X.
Alij actus
sunt proprii
Europæ, hi
Asiæ, &c. si
essent pro-
prii Asiæ,
alijs Europæ,
alijs huius
amici, alijs
sequerentis.

XI.
Dispositio-
nes non de-
terminant
ad indivi-
duationem.

XII.
Idem ostenditur in actibus sensuum, & intellectus.

Contrà secundò, in actibus sensuum, ut visus & ceteris, unde provenit hunc numero actum elici potius quam alium ex multis, imò infinitis possibilitatibus circa tale determinatum objectum? ibi enim nulla sunt particulares dispositiones ad unum actum potius quam ad alium, sed tam oculus quam species impressa est indifferens ad ad varios actus. Idem à fortiori est in actibus intellectus & voluntatis.

XIII.

Eadem numero dispositiones de servitibus diversis formis.

Contrà tertio, nulla enim est ratio cur eodem numero dispositiones non possint diversæ numero formæ deservire. Dices, diversæ formæ specie requirunt diversas dispositiones specie, ergo diversæ formæ numero diversas dispositiones numero. Nego consequentiam, cum enim diversæ formæ specie sint principia valde diversarum operationum, connaturaliter habere debent diversam seriem dispositionum diversæ illi seriei actionum subservientem; nec enim dispositio frigoris & humiditatis deservit igni ad suas operationes, nec calor & siccitas aquæ ad suas. At verò duo ignes aut aquæ ejusdem omnino rationis quid habent unde requirant diversas dispositiones, ita ut dispositiones ignis A non possint deservire operationibus ignis B, & è contrà, cum sint in operando omnino similes?

XIV.

Idem effectus numero produci potest à diversis causis.

Deinde, eodem modo arguere quis posset: diversæ causæ specie petunt producere diversos effectus specie, ergo diversæ causæ numero diversos semper effectus numero, ita ut idem effectus numero à duabus causis numero distinctis produci nequeat, quod videtur incredibile, præsertim cum videamus eundem numero effectum à pluribus causis successivè conservari, ut eundem ignem vel calorem jam ab igne, postea à sole vel Deo.

XV.

Occurrit eundem repleto.

Dices; aliquæ dispositiones sunt aptiores huic formæ numero, quam sint aliæ. Contrà primò, in conservatione eadem numero dispositiones deservunt diversis numero formis, quidni ergo & in prima earum productione idem contingere poterit? Contrà secundò, eodem modo arguere quis posset singulas etiam operationes requirere singulas dispositiones numero diversas.

SECTIO II.

Solvuntur objectiones contra individuationem effectuum.

I.
Quidam effectus petunt certas numero causas

Obijcies primò: species impressa hujus albedinis non potest effici ab aliâ, ergo aliquis effectus numero non est indifferens ad diversas causas numero. Conf. primò, intellectus, voluntas, & alia hujusmodi determinant sibi peculiares causas numero, nec enim potest intellectus, aut Voluntas Petri profluere à Paulo, Conf. secundò, ubicatio & duratio peculiariter determinant sibi suas causas.

II.

Cur species impressa petat causam determinatam.

Ad argumentum. Resp. non negare nos effectus aliquos petere determinatè profluere à tali numero causâ, sed dicimus determinationem hujus numero speciei impressæ præ aliâ, non provenire ab illâ albedine, cum plures species impressæ omnino similes potuissent pro illo priori ab eâ produci: quod ergo hæc numero producta sit potius quam alia, in aliquo aliud refundi debet, quam in albedinem, & causam secundam. Peculiariter autem petit species impressa profluere à tali determinatâ causâ, quia cum sit qualitas intentionalis tendit peculiariter ad representandum effectivè hoc numero objectum, cum sit semen & imago illius, & non alterius, siquæ peculiariter ab hoc objecto petit causari, non ab alio, cum species sit representativa illius tantum objecti, à quo connaturaliter profuit.

Ad primam Confirmationem Resp. primò, in illis fortè esse peculiarem rationem quia, probabiliter dici posset, non esse possibilem nisi unum intellectum, unam voluntatem, & unam substantiam Petri, cum fini à naturâ intento sufficiant, nec possint naturaliter deperdi: sicut multi philosophantur de forma calis respectu materiæ quam informat. Resp. secundò non improbabiler dici posse esse plures intellectus, voluntates, & substantias Petri possibiles, & consequenter etiam ibi determinationem ascribi debere causæ primæ, & non essentia Petri. Ad secundam confirmationem dico, illa quidem fortasse peculiariter petere causam & subjectum determinatum, & hac in parte convenire cum formis intentionalibus, quod autem hæc ubicatio & hæc duratio numero producat potius quam alia, refundi non potest in causam secundam, cum sint plures ubicationes ac durationes possibiles numero distinctæ, quæ æquè potuissent hic & nunc ab iidem causis produci: quod etiam de modis est dicendum.

Obijcit secundò Vasquez: si causa secunda sit hæc & nunc indeterminata ad plures effectus quam unum, ergo ad infinitos, cum certus assignari numerus non possit, in quo ejus virtus sitat: hoc autem dici non potest, sequeretur enim, causam secundam esse infinitam virtutis. Conf. tunc enim naturaliter posset iterum reproduci idem effectus jam destructus. Concessis ceteris, nego fore infinitam virtutis, non enim est indeterminata & indifferens causa ad plures seu infinitos effectus collectivè, sed divisivè, nec enim potest eos omnes producere simul: sicut est indifferens Petrus ad equitandum in infinitis equis, id est, in aliquo ex infinitis, & non magis in uno quam in alio, sed non in infinitis equis simul. Ad confirmationem dictum est supra d. 8. l. 3.

Obijcit tertio idem Vasquez: si Deus determinet ad individuationem effectuum, lædi libertatem, nec enim solum liberi sumus ad amandum, vel odio habendum, sed ad amandum etiam, & odio habendum hoc determinato actu arioris, & odij: nec puniuntur peccatores solum quia peccaverunt, sed quia peccaverunt tali actu, seu quia admiserunt hæc numero peccata, ergo hæc numero peccata sunt in eorum potestate, ergo possunt ad illa se determinare. Resp. non magis lædi libertatem in hac sententiâ, quam in contrariâ, quod enim asserimus nos fieri à causâ primâ, asserunt ipsi fieri à circumstantiis. Dico itaque esse voluntatem nostram liberam, etiam quoad exercitium horum numero actuum, licet determinetur à causâ primâ quoad eorundem individuationem, nam est illi integrum exercere quemcunque actum in particulari, quem exercet, licet non sit in illius potestate eligere & determinare se ad hunc actum potius quam alium: cum enim hos actus non cognoscat in particulari, non potest se ad illos determinare, & unum præ alio eligere. Unde Beati in celo, cum actus suos possibiles videant in Verbo, possunt se ad unum aliquem ex ijs, quemcunque voluerint, determinare, & eum in particulari præ ceteris eligere.

Nec tamen in hoc est perfectio aliqua peculiaris libertatis, cum enim omnes illæ operationes sint ejusdem rationis, non est peculiaris perfectio unam eligere præ aliâ, sicut nec contrà in peccato specialis aliqua malitia consistit in eligendo unum actum peccaminosum præ alio ejusdem omnino rationis, posito quod sit determinatus quis quoad speciem actus, & gradualem illius intentionem. Sicut si quis sit determinatus ad dandum in eleemosynam unum aureum, nihil meriti in eo est quod hunc aureum præferat alteri ejusdem planè rationis. Ponuntur quidē peccatores ob hæc numero peccata individua quæ

III.
Quid d. cendum de intellectu, & voluntate.

Peculiaris ratio de modis.

IV.
Obijcit causam secundam fore infinitam virtutis.

Respondetur.

Exemplum ad hoc ap. positum.

V.
Obijcit lædi libertatem si Deus determinet ad individuationem.

Retorqueatur argumentum.

Hæc opinio nihil officit libertati.

Beati cl. gunt s. actus.

VI.
Nec laudat cuiquam vertitur, nec vitio, quod hunc numero actum eligat præ alio omnino simili.

ad.

impj ob hac admiserunt, non quod his numero peccatis deliquerint, potius quam aliis ejusdem omnino rationis, sed quod hos actus numero elicerint, cum potuerint, & debuerint illos omisisse, seu quod eos elegerint potius quam eorum negationes.

VII. Obijcies quartò: non videtur posse Deum determinare ad individuationem in pravis actibus; sic enim Deus esset causa cur hic actus malus fiat; & consequenter esset causa peccati. Resp. Deum non esse causam cur hic actus eliciatur, nec omnino dici posse causam peccati: Deus enim non determinat positive impellendo, vel physice scilicet movendo, vel moraliter, nempe suadendo ad hunc actum numero, sed determinat solum negativè, subtrahendo scilicet concursum ad omnes alios actus: sicut si quis volenti scribere auferat alterum calamus, ubi sunt tantum duo, determinat quidem ut scribat hoc calamo, non tamen potest dici causa cur scribat, etiam hoc calamo, sed causa potius cur non scribat altero, ipse autem qui scribit, est causa cur scribat hoc calamo, cum velit eo uti, alter vero non vult absolute ut utatur illo, sed solum conditionatè, id est, si velis scribere, scribes tantum hoc calamo, seu hoc vel nullo.

VIII. Similis est determinatio primæ causæ ad actum peccati; non enim cogit Deus ut homo eliciat hunc actum, sed solum parat concursum in actu primo ad hunc actum, non ad alium, seu permittit ipsi tantum hunc: Deus enim vult voluntate beneplaciti ut omnino non peccaret, si tamen vellet peccare, permittit ipsi ut eliciat hunc actum, non alium. Nec etiam, si propriè loquamur, potest Deus dici causa cur eliciat hunc actum potius quam alium, cum propriè non velit Deus hunc potius quam alium, cum neutrum velit propriè, ut constat, & omnem huiusmodi actum prohibeat, vel itque potius illi contradictorium. Solum ergo vult hunc actum permissivè, & conditionatè, ut scilicet habeat concursum voluntas quicum operetur, juxta leges universi.

IX. Obijcies quintò: causa prima determinatur à secunda ad speciem actus, seu effectus, ergo non potest secunda determinari à prima ad individuationem ejusdem actus & effectus, patet consequentia, individuum siquidem & species non distinguuntur, ergo quod determinat ad unum, determinat eo ipso ad aliud. Primò, hoc argumentum quod tanti à nonnullis fit, æquale omnino habet difficultatem in omni sententiâ, undecunque dicant fieri determinationem ad individuationem: eadem quippe formâ sic proponi potest argumentum; causa secunda, calor v.g. determinat se quoad speciem effectus, nempe ad producendum calorem, ergo non potest determinari à circumstantiis ad individuum, nam species & individuum non distinguuntur, ergo quod determinat ad unum, determinat ad aliud, imò in re non est unum & aliud: quicquid ergo ad hoc responderent adversarij, responderemus & nos in determinatione factâ à Deo.

X. Resp. itaque pro omni sententiâ, si per determinare intelligatur influere in effectum, tam causam secundam determinare ad individuationem quam ad speciem, cum utramque physice efficiat, imò, ut dixi, non sunt duo, sed unum, sicque hoc sensu tam determinat se causa secunda ad individuitatem, quam determinatur à causâ primâ, cum verè ipsam etiam individuationem efficiat. Deinde, ad rationem specificam contractam in tali determinato individuo concurrat etiam & determinat Deus, cum ratio illa specifica non distinguatur à ratione individuali.

XI. Dicitur ergo causa secunda determinare actum & effectum quoad speciem, quia ipso facto quod

applicetur ignis v.g. passo, petit producere aliquem calorem, per aliquam calefactionem, seu unum aliud ex totâ collectione individuorum speciei caloris & calefactionis, licet quod magis hunc numero calorem producat quam alium, & per hanc calefactionem quam per illam, refundatur in causam primam, quæ negant concursum ad alia omnia individua, & solum eum permittit ad hunc numero calorem; per hanc numero calefactionem.

Unde determinatio hæc aptè explicatur per propositionem causalem, vel quasi causalem, dicimus enim ideo hanc actionem esse calefactionem, & non frigidationem, non quia est à Deo, nam æquè infrigidatio oritur à Deo ac calefactio, cum sit causam causalem, sed est calefactio quia est à calore vel igne, qui non producit frigus, sed tantum calorem: sicut etiam è contrâ dicimus actionem talem esse infrigidationem, quia est ab aquâ, non quia à Deo. Quare in illo priori petit ignis concursum Dei ad aliquam calefactionem ex multis possibilitibus, quod est determinare ad speciem, quia scilicet Deus ex ipsâ naturâ & exigentiâ ignis determinatur ad concurrendum ad aliquod individuum in specie caloris, non tamen ad hunc numero magis quam ad alium, nec per hanc actionem magis quam per aliam, sicque est hæc numero calefactio, & hic numero calor, quia oritur à causâ primâ paratâ concurrere ad hunc tantum calorem, & non ad alios, quod est determinare ad individuationem.

SECTIO III.

Attenuatur quadam de causis per accidens.

Causa per accidens est quæ planè contingentem habet connexionem cum effectu. Est verò duplex, ex parte causæ, & ex parte effectus. Ex parte causæ illud dicitur per accidens, quod ita adest causæ alicui, ut quamvis abesset, effectus eodem modo sequeretur: sic musica in Philosopho aut architecto respectu effectuum ab iis productorum, dicitur causa per accidens, nec enim minus rectè philosopharetur ille, hic ædificaret, quamvis musicâ instructus non esset. Ex parte effectus tunc dicitur aliquid esse causa per accidens, quando posita causâ, quidpiam contingentiter accedit effectui primario, seu principaliter intento, ut dum quis ob aliquam causam effodiens terram, invenit thesaurum, fossio in hoc casu est causa per accidens respectu inventionis thesauri.

Huiusmodi eventus, quando contingunt, dicuntur casuales, & fortuiti. Casum verò & Fortunam licet vulgus pro eodem accipiat, rem tamen penitus invariantes ea distinguunt. Casus itaque strictè sumptus, est causa per accidens effectus rarè contingentis, in agentibus propter finem, absque electione. Casus proinde contingit etiam bratis, imò tribuitur aliquando, licet improprie, rebus etiam inanimatis, ut dum tegula è domo aliquâ in transeuntis caput lapla, eum occidit. Fortuna verò definitur, causa per accidens effectus rarè contingentis, in agentibus propter finem, cum electione: quæ proinde in solis per intellectum agentibus reperitur.

Ad eventus casuales & fortuitos duo requiruntur, primò, ut ait Aristoteles l.2. Phy. c.7. ut rarè contingant, secundò, ut accident præter intentionem: licet subinde ea quæ intenduntur, si ex causâ incertâ proveniant, dici soleant accidere casu, ut dum alicui jactus alexæ, quem intendit, evenit. In agentibus verò per intellectum ulterius requiritur, ut accident præter

Quid sit determinare quoad speciem.

XII. Aptè explicatur determinatio per propositionem causalem.

I. Causa per accidens quid, & quomodo.

II. Quid sit Casus.

Quid Fortuna.

III.

Duo ad eventus fortuitos requiruntur.

De nihilo
se potest ca-
suale.

S. Thomas.

IV.

Fortuna
quid apud
Gentiles.

V.

Quid sit
Fatium.

Vox suspecta
orthodoxis.

Fatium quid
apud hære-
ticos.

VI.

Quid per
Fatium in-
telligant
Catholici.

Boëtius.

S. Thomas.
ad 3.

præter opinionem, qua de causâ dixit Aristoteles l. 2. magnorum moral. ibi minus esse fortunæ, ubi plus est intellectus. Unde Deo, qui infinitâ suâ scientiâ omnia prævidet, nihil casuale esse potest, aut fortui- tum, ut optimè docet S. Thomas 1. p. q. 103. art. 7. ad 2. & S. Augustin. l. 83. quæstionum, q. 34. cit. med. to. quarto.

Hinc infeto, nomen Fortunæ prout hoc modo explicatur, sive pro causâ sumatur, sive pro effectu, nihil in se contrarium fidei, aut erroneum continere, sed solum prout hoc nomine utebantur Gentiles, qui nimirum fortunam Deam statuebant, quæ even- tibus fortuitis præset, cujus proinde opem stultè implorare solebant.

Fortuna opponitur Fatum, quod licet in sensu ali- quo commodo sumi possit, & sumatur ab Ortho- doxis, ut mox ostendam, malè tamen ea vox sonat, estque Catholicis suspecta, tum ob Astrologos, qui homines fato agi semper, dicebant; sicque per nomē Fati inevitabilem quandam necessitatem ex sideribus ortam significabant, quam vocabant *causarum colligantiam ex astrorum motibus ac vi efficaciam trahentem*: quam siderum vim nec ipsum Deum sistere, & im- pedire posse ex iis nonnulli asseriebant: Tum ob hæ- reticos, qui Fatum appellabant ferreum quoddam decretum Dei, quo eum dicebant vim & necessita- tem causis, etiam liberis, inferre. Sed hæc fidei con- traria sunt, & commenta impia ac stolidæ.

Fatum ergo juxta Catholicos est complexio quæ- dam causarum secundarum, quæ licet ex se incertæ sint, ac variabiles, prout tamen subsunt providentiæ Divinæ, infallibiliter inferunt effectus. Deus verò causas omnes juxta cujusque naturam ordinat, quas- dam necessariò, quasdam liberè: ad effectus bonos movendo, & illuminatione intellectus, ac sanctis in- spirationibus impellendo, effectus verò malos tan- tummodo permittendo. Unde Fati hoc modo sumpti descriptionem sic tradit Boëtius l. 4. de Consol. pro- sa 6. *est inharrens rebus mobilibus immobilis dispositio, per quam Divina providentia suis quaque necesse ordinibus.* Quod etiam docet S. Thomas 1. p. quæst. 116. art. 2.

Finis libri secundi Physicorum.

DISPUTATIO XXXII.

De loco, & Vacuo.

Promiscuè de reliquis sex libris agemus, ex iis enim nonnulli licet aliorum interpolatione disjungantur, ita tamen in materiâ sunt affi- nes, ut diversa potius capita ejusdem libri, quàm diversi libri, vel Tractatus censi debeat. Agi ergo in his libris solet de motu, actione, passione, crea- tione, loco extrinseco, & intrinseco, de tempore, dura- tione æternitate, ævo, vacuo, spatio reali, & imagi- nario, continuo, infinito, possibilitate creaturarum tum successivarum, tum permanentium ab æterno. Singula sigillatim discutimus, ordinem, prout res tulerit, invertemus.

SECTIO PRIMA.

De iis que ad Vacui naturam pertinent.

1. **V**acuum, ab Aristotele 4. Phy. tex. 57. & omni- bus Philosophis, sic definitur, *Vacuum est locus*

Fatum hac ratione acceptum, duplex est, formale, VII. & obiectivum: hoc est ipsa causarum secundarum se- & obiectivum: hoc est ipsa causarum secundarum se- ries & concatenatio, quæ res istiusmodi efficit & exco- quitur: formale est actus ipse Divinus, quo res mo- do dicto in suos quasque effectus ordinat, estque ip- sa Dei providentia, & à nonnullis appellatur *Fatum causale*.

Licet verò nomen *Fati*, ut supra adverti, sit Ca- VIII. tholicis suspectum, si quis tamen hac ratione illud intelligat, nempe ut nihil aliud sit, quàm dispositio causarum secundarum, quatenus Divinæ providen- tiæ subsunt, nihil tenet vel fidei, vel rectæ rationi dis- sentaneum. Hac tamen voci uti non expedit, ut no- s. Thomas, tat S. Thomas 1. p. q. 116. ar. 1. corp. & S. August. 1. 5. da Civit. Dei c. 1. his verbis: *si propterea, inquit, quis- s. Augusti. quam res humanas fato tribuit, quia ipsum Dei voluntati- tem, vel potestatem Fatium nomine appellat, sententiam te- neat, & linguam corrigat.* Unde & alij Patres, ut ibi- dem advertit S. Thomas, hac voce uti recusabant, quia scilicet ex primævâ suâ impositione fatalem quandam & ineluctabilem necessitatem in res om- nes, etiam hominum voluntates, à sideribus prove- nientem significabat.

Hactenus de causis, & earum effectibus disputa- IX. tum est: nunc aliquid obiter de earum defectibus seu peccata subnectam. Causarum itaque defectus seu peccata natura, & in duplici sunt differentiâ, peccata artis, & naturæ: peccata artis sunt, dum quis à regulis ab arte præ- scriptis deficit, redditque opus imperfectum: de qui- bus satis dictum est in Logicâ. Defectus seu pecca- tum naturæ secundum Aristotelem hic, tex. 82. est *effectus naturalis a relictâ & solutâ secundum speciem dispo- sitione degenerans*, & appellatur *monstrum*, ut si quis cum sex digitis in eadem manu nascatur. Si tamen alicubi id passim contingeret, non censeretur id monstrum, sicut monstrum non censeatur inter Æ- thiopes qui nascitur niger. Nec qui admodum pu- sillâ est staturâ, censeatur monstrum inter Pygmæos; nec qui ingente corporis mole inter gigantes, scubi fortè frequentes sint, vel hi, vel illi. Grave peccatum naturæ est Gigas, Nanus leve, propter materiæ par- vilitatem.

corpore non repletus, aptus tamen repleti. Per quam de- Quid sit finitionem excludi communiter à ratione Vacui so- vacuum, lent spatia imaginaria extra cælum Empyreum diffu- sa, qui licet non repleantur aliquo corpore, naturali- ter tamen eo repleti non possunt. Mihi tamen viden- tur aliquo modo dici posse Vacuum spatia illa, quia An spatia saltem divinitus repleti possunt corpore: imò cur non poterunt sancti qui in cælo habent, vel habebunt cor- pora illuc pro libito se transferre? Ad ablationem ergo vacui requiritur ut corpus eo loco ponatur, & non possim vâ- sufficit poni illic spiritum, Deus enim est in omni- bus spatiis imaginariis juxta probabilem sententiam, & si in hoc gymnasio annihilaretur omnis aer, nul- lusque alius illius loco succederet, adhuc Deus in eo maneret, & tamen tunc daretur vacuum. Idem est si Angelus aliquis se tunc intimè præsentem redderet Gymnasio.

Naturaliter dari non posse vacuum quotidiana docere videtur experientia, ideo enim contra natu- ralem